



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

15. De mansione Christi ad consummationem seculi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

sed utraque æterna. O qui perciperet latentia illis duobus verbis! *salvus erit & condemnabitur.*

PUNCTUM V.

Promittit signa: *qui crediderint, in nomine meo demonia ejicient, &c.* nimirum quatenus ad fidei confirmationem opus erit, juxta Dei consilium. Fiunt etiam omnia illa spiritualiter. De qua re legendus Lud. de Ponte hinc.

MEDITATIO XV.

De mansionè Christi nobiscum usque ad consummationem sæculi, &c.

PUNCTUM PRIMUM.

Causæ hujus promissionis. 1. ut solaretur discipulos, à quibus parabat discessum in cælum, & quibus per intervalla tantum se ostendebat tunc. 2. ut animaret ad expeditionem, ad quam eos mittebat, certos faciens de sua præsentia & auxilio. 3. ut attentos & diligentes redderet in opere, ut qui testem habituri essent ipsum Christum. Eadem applicabo mihi.

1.
Conso-
latio dis-
cipulo-
rum.
2.
Anima-
tio.
3.
Exulta-
tio.

PUNCTUM II.

Verba promissionis: *Ego*; non sicuti Moyse, promittit Angelum, qui præcedat & custodiat in via: sed ipsemet adesse vult; *Et ego*; Deus vester, Salvator, debellator inferni, pec-

Præsta-
tio pro-
missio-
nis.
Exod.
32. 30.
& 32.
34.

cati

cati & mortis : *Vobiscum sum.* 1. ut in rebus omnibus dans esse, vivere, operari. 2. per gratiam conferens vitā supernaturalem. 3. per specialem providentiam, quo fiet ut Ecclesia nunquam deficiat. 4. in Eucharistiæ Sacramento : *Vobiscum*, & adeò in Ecclesia quam repræsentatis, & in omnibus qui vos sequentur.

PUNCTUM III.

Præsen-
tia Dei
sempiterna.

U *Sque ad consummationem sæculi*, non ad certos annos : sed ad omnes, nec interpolatè, sed continuatè, & semper. O sit mecum ! neque absit unquam.

MEDITATIO XVI.

De varijs apparitionibus per eos dies.

PUNCTUM PRIMUM.

Act. 1. 3.
Christus
semper
præsens,
sed non
semper
visibilis.

P *Rabuit se ipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis.* Erat semper invisibiliter cum eis, sed visibiliter etiam se ostendebat, variè confirmans veritatem resurrectionis suæ. Ita agit cum servis suis per spatium huius vitæ : ut cum semper sit cum illis, subinde certis argumentis probet se præsentem, illuminando & consolando animas, idque singulariter in sumptione SS. Eucharistiæ. O ita illam sumam, ut sentiam ibi esse Deum, & non, ut si communem panem sumerem, quòd mihi contingit culpa mea, & dese-